

& mentum vestitum est barba cana. Alter inquit: Ca- A pilli mei simul cum egressus sum utero matris meae cre- verunt: post viginti quatuor annos demum erupit barba: quae cum eadem assequetur, quam nunc capilli habent, aetatem, eundem quoque colorem fortietur. Rex argu- tiam utriusque laudans, remisit honeste expeditos Cuspin.

Cum gravissima essent dissidia apud Anglos, inter Edo- vardum IV. & Henricum VI. quem Edovardus regno Angliae de- turbavit, posteros: & Richardus, Edovardi frater, nepo- tibus interfectis, regnum secessit invasisset: contra cum conspiratio facta est, inter Elizabetham viduam Edovardi, & Margaritam matrem Henrici VI. Eaque conspiratio per Ludovicum natione Vvalum, utriusque Reginae Medicum, facile processit. Margarita enim cognita caede filiorum Edovardi, cepit bene sperare de fortuna filii sui Henrici, si illi filia Edovardi Elizabetha natu major daretur in matrimonium: & Henrici VI. & Edovardi sanguis per affinitatem mitteretur. Idque consilium aperuit Ludovico Medico, eumque oravit, ut cum Regina vidua Edovardi ea de re secreto ageret, Hac enim ratione Ricardum, ut patriae hostem, facile a regno deturbari posse. Ludovici- cus absque mora Reginae convenit, ac rem non ut mandata- tam sibi, sed tanquam ab se excogitatum narrat. Placuit consilium Reginae, adeo ut iusserit Ludovicum ad Margari- tam adire, quae Londini morabatur, atque verbis suis promittere, se daturum operam: quod omnes amici Edovardi viri sui, partes Henrici ejus filii sequerentur, si modo ille viviret, se post adeptum regnum daturum in matrimonium Elizabetham filiam, aut Caeciliam aetate minorem, si illa prius moreretur, quam ipse potiretur regno. Ludovici- cus actum officio sanctus, inter mulieres facile negotium confecit. Staturum inde Principes Ricardi ferocitatem peros- in societatem pertraxere, & Henrico exuli consilia sua detexere. Henricus Caroli IX. Francorum Regis subsidio acie Ricardum vicit, regnoque potius Elizabetham duxit. Polydor. l. 25.

Cum Florentini missis Legatis non semel frustra de mitem- dis auxiliis adversus Philippum Vicecomitem Mediolanen- sem Venetos sollicitasset: tandem Nicolaus Ufanus ultro Venetias profectus, patrum tamen consensu, & in con- spectum Ducis, Senatque Veneti introductus, enumeratis cladibus Florentini populi, & egestate ararii, alienatione- nisuper animorum vicinorum: novissime addidit, Nos, quandoquidem a vobis repellimur, Philippum Regem facim- us. Vos postea Caesarem vel inviti facietis. Ea verba cum indignantis, & praecipue consilium capientis esse viderentur, inflexerunt tandem Venetorum animos: factuque contra Philippum cum Florentino populo ictum est, Ann. 1425. Bar- cell. l. 1. Belli Hispanici.

Franciscus Marchesius Jureconsultus a Genuensibus ad Galeacium Mediolanensem Ducem orator missus, cum diffi- cilem ad eum haberet aditum, die S. Joannis Galeacio munus basilicæ herbæ vas plenum misit. Dux Francicum statim ac- civit, ut misis herbæ causis intelligeret, Franciscus omnis- sis, quæ a Genuensibus mandata erant, paucis explicavit: Ego, Princeps Genuensium ad te orator veni: quorum ingenia ba- silicæ herbæ perfimilia sunt: leviter tacta, suavem perfundunt odorem: contrita, scorpionibus procreant. Hac parabola adeo Principis animum permovit, ut qui antea nullis flectebatur rationibus, tum æquas aures in posterum præberet. Fulgof. l. 8. cap. 10.

\* HEROGLYPHICA PRUDENTIÆ.

D Formicam prudentiæ Hieroglyphicum faciebant, quia me- mor hyemis cibaria comparat, & recondit, & cellas promptua- rias facit, semina interim ne nascantur morfu fecat, abrofaque condita: ne rursus in fruges exeat & terra, atque inutilia inde sic ad usum alimenti fiant. Pier. Pal. l. 8. pag. 68. F.

Serpens etiam prudentiæ est hieroglyphicum. Nam & asser- toris nostri dictum est, admonentis: Nos esse debere pruden- tes, sicut serpentes. Idem l. 16. pag. 284. F.

Neque desunt, qui Gorgonis caput pro Minervæ pectore statutum, prudentiæ signum esse contendunt, quæ locum ha- bet in pectore, quæ qui præditi sunt, facile eos confundere, vel imperitiæ redarguere, taxosque quodammodo reddere, ubi adhibuerit, possint. Idem l. 16. pag. 154. F.

\* Psalmus. Psalterium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

P Salmus vox est Hebræa, significans Cantum, Oden, Hym- num, etiam in laudem Dei non referantur, unde de profanis cantionibus, & quæ ad quodcumque musicum instru- mentum recitantur, etiam ascribunt.

Apud Ecclesiasticos autem Scriptores Psalmus intelligitur carmen sacrum, sive Dei laus metricè scripta, sive fole ore, sive instrumento decantata.

Psalterium autem erat Instrumentum, ut Euthymius opi- natur: quod mulcendo gregi serviebat, quamvis David ejus usum sapienter ad Dei cultum transfulerit, cantoresque infli- tuerit: quod primum fecit in translatione Aræ ex domo Obe- dedom. 1. Paralip. c. 15.

Quale autem fuerit instru- mentum, non constat apud omnes. Josephus xii. Organos habuisse tradit: Hilarius, Basilus, & alii, omnium vocant Organorum musicorum rectissimum. Hieronymus de achardum facit, & superioris parte pulsari fo- lere: unde Scriptura sapius, Psalterii decem chordarum me- minit. Apud Romanos probro datum, si quis uteretur Psalte- rio, ait Quintilianus.

Quin apud Paulum Jureconsultum ff. l. 5. Tit. de injur. Psal- terium ad canticum transivit, quod in alterius infamiam com- positum publicè cantatur.

PSALMORUM AUCTOR.

Psalmorum, prout in Scripturis Canonicis recensetur, au- ctor est Spiritus Sanctus, nempe primarius. Scripsit eisdem Rex, & Propheta David. Neque enim alium ejus rei au- ctorem agnoscit Ecclesia, aut Scriptura, Psalmorum quam David. Quamvis fieri potuerit, ut aliquos didicerit, & ab aliis digessit fortassis materia in Psalmos congestit, ut Cajetan placet, vel aliis ipse tradiderit, ut concentum, & modulationem componeret. Lege Cantiprat. 4. Hypo- typ. cap. ult.

Narrat Sixtus, Anabaptistas negare David auctorem Psal- morum, ullumve virum sanctum, aut scriptores divinitus, sed post Christi adventum vulgatos a recentioribus Judo- rum magistris. In illis autem contineri diras, & imprecatio- nes in Christum, & Christianos, ut habeant Hebræi solatium captivitatis, istas in Synagogis cantilanas usurpando, & ho- G stibus imprecando.

LIBER.

Unicus est Psalmorum liber, ut adnotat August. in psal- ult. faveo Inferiptio Sepher Thehillini. Liber Psalmorum, & receptus ab Ecclesia numerus 22. Librorum tantum Veteris Testamenti: juxta numerum 24. litterarum Alphabeti He- braici.

Canonicum, & sacrum librum esse, Concilia, Patresque, & omnes Canonicorum, & sacrorum librorum Catalogi do- cent: sed & Christus ipse Matr. 22. 43. Apostoli omnes Ad. 1. 16. c. 4. 25. S. Paulus Hebr. 4. 7. dum citant aliquos ex Psalmis, Auctorem in spiritu locutum dicunt, vel Spiritum Sanctum per os ejus: postremo etiam David de semetipso dixit. 2. Reg. 23. 2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.

Philast. de Hæres. c. 78. ait, Manichæos, Gnosticos, Nico- laitas affirmasse, David humanæ cantionis, ac secularis rei conscriptorem extitisse.

Refert quoque Euseb. l. 7. Hist. c. 26. ab Antiocheno Con- cilio damnatum Paulum Samofatenum, inter alia, quod Psal- mos, qui in Dominum nostrum Jesum Christum dicebantur, cessare fecisset, vel neutericos, & nuper inventos in semetip- sum vero compositos diebus Paschæ in medio Ecclesiæ à mu- lieribus cantari præcepisset.

NUMERUS.

Constat liber Psalmorum ex centum, & quinquaginta: cujus numeri mysticas venantur causas Doctores; ut Trinitatis, ob tres quinquagenarios, Hieronymus, Au- gustinus, Remigius, Lombardus; ob Fidem, Spem, Charitatem, per quos obtineamus Jubilæum, Rupertus: ob status potentiam, Jurisurum, Beatorum, B. Tho- mas: unde primus Quinquagesimum definit in psalmum Miserere, &c. Secundus finis misericordiam, & Judi- cium: Tertius finis est, Omnis spiritus laudet Dominum. Ob totidem dies, quibus per pluviam diluvis mundus expiatus est, Cassiod. Lege Petrum Bungum de Mysteriis numerorum.

Inter

Interpres autem LXX. unum addunt Psalmum supra cen- A tesimum quinquagesimum, cujus præter Athanasium ne- mo meminit. Recenset eundem Lorin. in præludis suis in Psalm.

METRUM.

Metricè Psalmos compositos, opinio communis est, sicut & nonnullam partem Job, Threnos, & omnia fere Scripturarum Cantica, quod constat S. Hier. epist. 103. l. 106. 113. 117. 120. & 155. & præfat. in Chron. Euseb. ex Joseph. 10. Antiq. 7. Philone librum in Psalm. 118. v. 2. Marimus Psidior. Hieronymi Scholias tes ait, se in Job de- prehensisse versus hexametros: sed agens de illis, qui sunt in Psalmis, & Operibus Salomonis, negat pedum regulis, ut fit apud Græcos. Latinoque, coarctati, & incedere, sed eo excur- rere, modo quo apud Hebræos, quæ vocant soluta, denique non tam syllabarum, quam temporum rationem haberi. Eadem Eubugimi præfatis in Psalmos opinio, etiam de aliis non tantum de Psalmis.

Cantipratensis 4. Hypotyposen cap. ult. videtur Hebræos ap- probare, negantes Carmina, & concedentes rythmum solum B in fine periodorum vel membrorum.

Andreas Masius in c. 10. Fofue vers. 11. ex libro Sepherim, colligit adhuc Hieronymi fasculo cognitam Poefin Scriptura- rum: jam ignorari: est aliquid futipicere per notationem affec- tum, quam explicat. Eandem fateur ignorantiam Bellarm. in Infit. ling. Heb. part. 3. c. ult. Ludov. Lufitanus Quæst. de carn. David. Alphonf. Mendoza in Globo ling. Sanct. l. 9. c. 1. & alii.

Augustini Epist. 131. ad Memoriam, hæc est ista de referentia: Quibus, inquit, numeris consistant versus Davidici, non scripsi, quia nescio. Neque enim ex Hebræa lingua, quam ignoro, potuit etiam numerus Interpres exprimeri, ne metri necessitate, ab interpretandi veritate amplius, quam ratio sententiarum sinebat, digredi cogere: certis tamen eos con- stare numeris, credo illis, qui eam linguam probè callent. Amavimus ille vir sanctus musicam piam, & in ea studia non magis ipse, quam ullus alius auctor accendit.

SCOPIUS.

Greg. Nyffen. trad. 1. in Psalm. c. 4. l. 6. ex multis Psalmorum locis demonstrat scopum hujus libri esse virtutem, & viam ad felicitatem, quæ consistit in Deo.

Hilarius Prolog. in Psal. docet, totum illud, quod in psalmis est, ad cognitionem adventus Dom. N. Jesu Christi, & corporationis, Passionis, & Resurrectionis nostræ quoque gloriæ, virtutemque referri. Hanc etiam ait esse clavem David, de qua in Apocalypsi agitur, nempe quod Christus ad- venter suo, implendo quæ de ipso prædicta erant, Psalmos referavit, atque ita idem, qui iuxta David dicitur, solverit si- gnacula libri ipsius.

SOLENNIS PSALMORUM RECITATIO.

PSALMODIA.

In libro de Rom. Pontificib. Caesestino Papæ I. tribuitur Decretum, ann. circiter 426. vel 430. editum, ut Psalmi David 150. ante Sacrificium psallerentur antiphonatum, cum prius recitarentur duntaxat Epistole Pauli, & Evangelia. Idem confirmant plures alii, quos citant Marcellus trad. de boris san. c. 2. Francolin. l. 9. Jacob. Pamel. tom. 1. Lyrurg. Sed Chilonius in Propugn. eod. l. 1. c. 5. n. 6. ait ad vitandum prolitaxitaxidum, recitationem Psalmorum integrorum permutatam in Innotuit, ex institutione S. Greg. eademque vide- tur ratio de Graduali, Offertorio, Communione, ut etiam notavit Conrad. Brunus 2. de Cærem. c. 1. l. 9. alii, qui de Ritibus, vel de dicto Caesestino scribunt. Ritus tamen hic anti- D quior est, saltem sine altero cantu, quia meminit Dionyf. cel. Hier. ar. c. 3. p. 3. l. 9. Cassian. 3. Infit. cap. 11. indicat quoque Hier. in ult. l. 1. a. quem asserit, lequiturque Waldensis tom. 3. tit. 4. c. 31. n. 2. & 3.

Damasus ante Caesestinum Psalmos jussit die, nocteque per omnes Ecclesiæ recitari, distinguendo in septem partes, pro diebus totidem hebdomadae, ut memorant Du- rand. in Ration. l. 5. c. 2. n. 35. l. 36. Ouphrinus cum Platina in Vita. Martinus Polonus in Chron. Supplement. Chronico. l. 8. Breviarium Roman. in festo Damasi, Bæda in Martyrol. 11. Decem. Valfridus de reb. ecel. cap. 25. Siebert. in Chron. ann. 382. Polydor. Vergilius 6. de invent. rer. cap. 4. Beletus in Ration. cap. 19. Radulphus. Tungren. de Canon. obser. prop. 8.

Prius infitulerant cantum Psalmorum Ambros. in Ecclesia sua circa an. 383. ut proditur ab August. 9. Conf. c. 7. l. 1.

doro, Rabano de Can. obser. prop. 12. Radulpho Tungren. in reg. S. Pan. dec. c. 9. Smaragdo in reg. S. Bened. c. 8. Paulin. in vit. E. Ambros. securus Orientalis exemplum Ecclesiæ. Constanti- nopolis Chrysol. ne qui Catholici allicerentur alternata hym- norum ab Ariani modulatione, voluit Catholicos usurpare, ut est in hist. ecel. in vit. Sacrat. 6. Hist. c. 8. Sozom. c. 6. l. 8. De generaliore hoc more testis præterea Cassian. 2. Infit. c. 5. 8. 10. l. 9. seq. Basil. epist. 63. & ad Ignatii tempora referunt, An- gelorum continentium edocti visione Socratis, Tripart. lib. 9. c. 9. Siebert. in Chron. an. 387. Quem deinde morem ad Psal- mos Davidicos accommodasse Flavianum, & Diodorum mon- nachos, scribunt Tripart. l. 5. c. 32. Theodoret. lib. 2. c. 24. Siegob. an. 382.

Est tamen probabile, jam inde ab Apostolis in usu fuisse cantum Psalmorum, simul & aliorum Hymnorum cum anti- phonali illa, seu alternata per choros distinctos modulatione. Nam Philo scribit, ab Alexandrinis suis religiosiis viris, quos nostros putant multi fuisse, id esse factum. Facit & Paulus non semel de recitatione Psalmorum mentionem.

August. ep. 119. c. 18. asserit de Hymnorum, & Psalmorum cantu habere nos Domini, & Apostolorum documen- ta, exempla, & præcepta, immeritè quæ a Donatistis esse re- prehensum, cum ipsi ebrietates suas ad canticam Psalmo- rum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhorta- tionis inflammarent.

Ab Hebræis manasse consuetudinem alternatim psallendi credit Polydor. 6. de Invent. rer. cap. 2. negant. Navarr. de Orat. c. 12. n. 34. & Francolin. de bor. Can. c. 1. n. 22. Hoc quidem tempore confusè omnes simul cantant: neque chororum, quæ legitur institutum à Davide 2. Reg. 6. 5. facta vel ab Esdra. 2. Efd. 12. Polydoro faveo necessario, cum possint quilibet cho- ri vel simul, sed à se distici canere, nil inter se communican- do, ut in longa fit processione: vel alter alteri, postquam pe- nitens absolverit, succedere.

Redoler hæc alternatio beatam concordiam, qualis in Se- raphim cum clamabant alter alterum celebrando Deum Tri- fagio Hymno; sapit Evangelicam charitatem, & Legem Evangelii novam.

Certe Paulus ad Ephes. 5. v. 19. l. 9. ad Coloss. 3. Christianis impense commendat psalmodiam, & hymnodiam. In gratia inquit, cantantes in cordibus vestris Deo, id est, cum gratia- rum actione: vel ut alii, cum gratia, & venustate, sic ut reve- renter canetur, & psallatur.

Pulchrè de hac re Augustinus. Non vox, sed votum: non choralis musica, sed cor: Non cantans, sed a nans cantat in aure Dei.

Hæretici non ideò reprehenduntur quod cantent Psalmos, sed quia eos pro suo spiritu interpretantur, & modificant. Nam & Catholicis usitatum Psalmos ad metrum deductos concinere, ac iudem spiritum subinde relaxare.

FRUCTUS. COMMENDATIO.

Nil æquè SS. Patres post Apostolum Paulum commendant Christianis ac psalmodiam: erimus uno, aut altero testimonio contenti. Est enim Psalmus, inquit. S. Basil. proemio in psalmos, animarum tranquillitas, pacis arbiter, optimarum disciplina- rum, & documentorum promptuarium: psalmus turbas, & fluctus cogitationum compescit, iracundiam mollit, demones fuget, Angelos advocat: psalmus in terroribus nocturnis secu- ritas, in diurnis laboribus requies est: psalmus elementum est incipientibus, incrementum proficientibus, confirmatio perfec- tis: psalmus est vox Ecclesiæ, Angelorum opus, caelestis Reip. spirituale odoramentum.

Et S. August. psalm. initio: Psalterium, ait, est communis quidam divina doctrinæ thesaurus, & universis animæ passio- nibus, quæ homines variè angunt, subvenit: psalmus significat H est pacis, spiritalis thymiamia, exercitium caelestium, luxum re- primit, sobrietatem suggerit, lacrymas movet.

E celo lapsum Psalterium scribit Cassiod. l. 2. Epist. 40. var. Quod vir ait, toto orbe cantabilis illa modulatum pro anima sospitate composuit, ut his hymnis, & mentis vulnera sanen- tur, & divinitatis gratia conquiritur.

PARTITIO, ET VARIETAS.

Psalmorum alii Invitatoriales, alii Pœnitentiales, alii Gra- duales. Invitatoriales unicus est, scilicet Psalmus 94. quem Ecclesia legit in ipso aggreffu horarum, sive precum Canonicarum matutinalium, paucis diebus exceptis. Invita- tur autem per illum Anima devota, ad Deo in corde can- tandum, ejusque inspirationi auscultandum, & auxilium implorandum.

Pœnitentiales vocantur, qui à Pœnitentibus utiliter leguntur cum



demptores publicorum vectigalium, five sint decumani, five scripturarii, five portores, five per se, five per operas exigant vectigalia. Mancipes aut Festus, quia manu sublata significant se auctores esse emptiois.

Erant Publicani ministrantes alii, quos Coactores vocabant, qui minutura quæ à Publicanis debebantur, vel redimebant ipsi, vel mercede persequerentur, ut Cicero pro Rabir. & pro A. Cluentio.

Describuntur Publicani à Juven. Sat. 5. Quæi facile est adem conducere, summa, portus, Siccaudam eluvium, portandum ad busta cadaver; Et præbere caput domino venale sub bestia.

In veteri lapide hoc Publicanorum clogium cernitur.

Qui largæ Ceveris menses, fructusque renatos Digerit in pretium, cui constat fama, fidesque, Et qui divitiis vincit pudor. Ire per illos Consuetus portus, cura, studioque laboris, Littora qui præstat tuis fidissima nautis, &c.

Nec erit à proposito alienum, quod de Publicanis scripsit Joannes Saveriensis: Ait B. Laurentius, Mediolanensis Episcopus, Quid est publicanus? Nonne caput rapinæ, & lex violentiæ? Quid est Publicanus? Prædo sine pudore, medicus exterminii. Nonne immāior est furibus publicanus? Fur namque vel timens furatur: hic autem delinquit confidenter. Fur laqueos legis timet; hic quicquid fecerit, legem putat. Lex solum deterrere ab illicitis; hic ad iniquum malitiæ suæ compendium, legem trahit. Quis eo iniquior, qui verbis iustitiæ iustitiam damnat, & armis innocentiam; spoliat, vulnerat, occidit innocentes? Lege utique legem perimit, & dum alios urget ad legem, ex lex est. Nam sicut prætor etiam cum iniquè decernit, jus dicit, habito tamen respectu non ad id, quod facit, sed ad id, quod facere debet; sic & publicanus etiam cum delinquit, jus videtur implere, habito tamen officii non malitiæ ratione. Sed quid est officium publicani? Luca referente didicimus, quia publicani venerunt ad Joannem, ut baptizarentur ab eo, & dixerunt, Magister, quid faciemus? Respondens autem dicebat illis: Nihil amplius quam quod constitutum est vobis exigatis. Ecce officium publicani exigere, & recipere quod statutum est. Quicquid autem amplius est, à morbo exigentis est, & accipientis, non præbens. Hoc autem ad omnium magistratuum officiales porrigitur, ut ab eis nihil amplius exigatur. Apparitores itaque licenter exigant, quod eis debetur ex sportulis, & omnium fratralium ordinem, salarium constitutum iuste accipiant. Concutere tamen, & vexare non licet, ut extorqueantur munera. lib. 6. Politicæ cap. 1.

\* OLIM ODIO HABITI ET CUR. Quamvis Publicanorum munus de se licitum esset, & primum ad Equites deferretur, eorumque Romæ potentissima esset societas, ac plurimum polleteret auctoritate, habebant namque & suos principes, qui inter illos decumani vocabantur, tamen postmodum vilissimis mancipiis munus id delatum fuit, & infame habitum. Ut Tiraquellus de nobilit. c. 34. multis probat. Erant imprimis invisi Judæis, quod exactione vectigalium, dissipatores essent publicæ libertatis. Cæteris invisus erat, quia cum ipsi vectigalia à Senatu certo precio redimerent, populum persequerentur iniquis exactionibus, lucro dumtaxat intenti. Unde legibus coerceri tandem debuerunt. Exprimunt hos hodie exactores illi, qui in teloniis vectigalia Principum redimunt, & populo graves existant, dum eorum merces, supellectilem, & si quæ aut transferenda, aut aliunde mista, deglubunt, & exactione iniqua onerant. Quin apud Judæos adeo probrosum erat hoc genus hominum, ut ne quidem viro probo fas esset eorum se dare contubernio, & Christum reprehenderent, quod cum illis manducaret, & biberet. Vocabant autem illos Gabbaim; unde nomen Gabbellæ: aut Parisim, quasi qui libertatem violarent.

Maximè autem offendebant populum, quod tributa indicere rebus, quæ illa pendere non debebant, prout etiam nunc faciunt plerumque Publicani nostri. Unde Sozomenus dicit, Athanasium accusatum ante omnia, quod tributum lineæ vestis indixisset, & quia supra legitimum modum exigebant, ne id facerent, ab Augusto vetitum Dio ostendit lib. 35. iisque certum salarium attribuit. Uisque adeo autem facta est Publicanorum acerbitas, ut Xenocro Oropis scripserit.

Id est, omnes sunt publicani, omnes raptores, malè peccant omnes Oropii.

S. Chrysostomus, Publicani, ait, nobis molesti sunt, non citius vectigal colligunt ex iis mercibus, quæ palam venduntur, sed cum ea scrutantes, quæ latent, in alienis vasis, & oneribus versantur.

Idem de penitentia Achar. Quid pejus publicano die mihi alienarum calamitatum minister, & negociator est, alienos labores partitur, & cum fudoris non sit particeps, lucrum ex alieno labore percipit. Nihil enim aliud est Publicanus, quam violentia licenter lævibus, legitima offensus, avaritia honesto pretegitur.

Publicanus alienorum negotiorum particeps est, ac divisor, libera, ac licita violentia, rapina impunita, avaritia impudens, negotiatio ratione carens, mercatura invereconda. Suidas.

Symmachus lib. 5. epist. 60. 65. Mancipium cupiditatum vocat Tacitus lib. 13. Publicanorum immodestiam.

PUBLICANI VECTIGALUM EXACTORES.

Levis Alphaei F. cognomine Matthæus publicanus, Christi discipulus factus, mox etiam Evangelista extitit. Matthæo 9. Marcii 2. Lucæ 5.

Zachæus publicanorum Hierichuntinorum princeps, statuta pullis, in sycorum ascendit, ut Jesum transeuntem videret. Jesus cum descendere iussit, sese enim apud illum diversaturum eo die. Pareat ille, & Domini splendide excepit, bonorum suorum dimidium pauperibus dedit, & his, quos fraude circumvenisset quadruplum restituit. Lucæ 19.

Phalaris publicanus primum, mox tyrannus Agrigentinus evasit. Polyænus.

Lycurgus Atheniensis, unus è decem, quaestor fuit tribus lustris quatuordecim millium talentorum, aut, ut volunt alii, octodecim millium sexcentorum quinquaginta: semperque instans assiduis publicis operibus astate, & hyeme, & apparatus bellico impositus, multa in civitate correxit, trimes populo paravit quadrangentes, gymnasium illud in Lycæo loci, quæp locum arboribus consuevit, palastram edificavit, & theatro in Liberi patris struendo præfectus obiit.

Cum fiduciaria apud cum ducenta quinquaginta talenta à privatis essent deposita, eam pecuniam custodivit, vaseque ad pompas civitati aurea, & argentea, & victorias argenteas faciendâ locavit. Multa opera, quæ acceptat inchoata, absolvit, navalia etiam, & armamentaria. Stadio Panathenæico basim addidit: & cum hoc effecit, tum specum complanavit, Dinio quodam, qui hoc prædium possidebat, quo Lycurgo in omnibus gratificaretur, id civitati permittente. Plutarchus in Decemviris.

Euctus, & Eudæus, quaestores Persei Regis Mecedonum. Vide Tit. Profanas reprehensiones non ferre.

M. Posthumus Pirgenis publicanus. Vide Titul. Pars perfidie in favore.

T. Flavius Petronius, municeps Reatinus, bello civili Pompejanorum partium centurio, incertum sponte, an evocatus, profugit ex Pharsalica acie, domumque se contulit. Ubi deinde venia, & missione impetrata, coactiones argentarias factitavit.

Titi Flavii Petronii filius, cognomine Sabinus, expert militie, publicanum quadragesimæ in Asia egit. Mancbantque imagines à civitatibus ei positæ sub hoc titulo καλοῖς ἀπαρτίσθων. Suetonius.

T. Aufidius publicanus, Asiam postea proconsulatu impetio rexit. Val. lib. 3. c. 4.

P. Rutilius publicanus operam dedit in Sicilia, quam postea Consul rexit. Idem.

\* Publicum.

DEFINITIO, ET USUS VOCIS VARIUM.

PUBLICUM substantivè dicitur, quo dono est privatim aliquis, sed toti alicui populo commune. Unde Cicero dicit Publicum, quod universa civitas frequenter. Sic dicitur viam publicam. Item fides publicam, quam saluum Conductum appellamus, meminit illius Sallusti. In Jugur. Comes ejus qui Romam fide publica venerat. Sic publica vectigalia appellamus, agros, vineas, flumina: quid

quicquid enim pluribus est commune, publicum dicimus. A. Apud Jurisconsultos, & Theologos in moralibus, v. gr. criminare aliquo; Publicum tripliciter accipitur: ut sit idem quod notorium Jure, notorium factu, & famosum.

Notorium Jure dicitur, de quo constat per juridicam sententiam: vel per confessionem rei in iudicio; vel per legitimum testium depositionem.

Notorium factu dicitur, quod in præsentia multorum est perpetratum: ut in aliquo conventu, vel in loco publico, v. gr. foro, vel celebri platea, eo tempore, quo multis innotescere potuit: vel quod majori parti vicinæ passim ob oculos versatur, ut si quis in publica platea pugnet, vel iurgia cum clamore miscat: si quis publicè concubinam habeat, & domi filios alat.

Famosum dicitur, cujus fama ex sufficientibus iudiciis orta, ad multos pervenit, ita ut major pars civitatis, vel pagi, vel provinciæ, vel viciniam illud noverit. Addit Navaar. c. 25. Eschir. n. 73. etiam dicit notorium, quod evidenter notum est majori parti alicujus congregationis, seu collegii, ubi non sint pauciores, quam decem: itaque si 6. aut 7. in congregatione, ubi 10. vel 11. sint, factum sciunt: dicitur esse notorium, quod verum est respectu illius congregationis, non autem absolute, quidquid enim notum est majori parti alicujus collegii, aut congregationis, est notorium in illa congregatione, non autem absolute respectu totius urbis, vel provinciæ. Unde etiam talia non possunt absolute dici publica: sed illa dumtaxat absolute facta dicuntur, quæ eo loco, & cum illis circumstantiis sunt gesta, vel propagata, ut cuius innotescere poterunt: v. gr. in foro, vel publica platea; quia non curavit Auctor, quis videret, vel non videret.

PUBLICA PRIVATI ANTEPONDENDA.

Laudatur, & quidem merito, M. Vipsianus Agrippa. Is enim cum Augusto Cæsari familiarissimus esset, (nam cum eo & Mecenate omnia sua secreta communicare solebat) omnia sua opera publica utilitati potius destinare voluit, quam private. Quo facto, non modo invidiam nullam, sed magnos, honores apud Cæsarem, omnesque alios invenit. Etenim omnibus rebus Cæsari, quam maxime elementum, gloriosarumque, & utilium actionum Auctor, adiutor, cum esset, nihil tamen ejus gloriæ sibi arrogabat, honoreque ab eo sibi tributum, non in privatum suum commodum, aut voluptatem, sed in Augusti, ac Reipublicæ utilitatem convertebat. Huc pertinet præceptum Claudiani:

Tu civem, patremque geras, &c.

Quod ita in versus jamibus transiit non nemo.

Sic gerito civem, patrem ut interim geras: Et omnibus fac consulas, sed non tibi.

Te damna publica moveant, sed non tua.

Cum autem materia hæc sit tum utilis, tum prolixa, pluribus exemplis, & rationibus illustrare eandem operæ pretium duxi: Adducam itaque primo egregiam doctrinam ex Sophocle, in Antigone, quæ constat hisce versibus:

Ego, si quis in gravi periculo civium, Verè salutarem sciens sententiam, Eam timore victus, occultat tamen.

Hanc judicio civem esse malum, ac inutilem; Et si quis autem fert salutis patriæ Privati amici sententiam, atque munera,

Hic omnium mortalium est injustissimus.

Virgo Deum testem invocho, si patriæ Diserimen impendere videro me;

Me voce diciturum, atque mente libera Sententiam, verissima que videbitur.

Hanc Ethnici salutarem monitionem, si etiam nostro tempore homines illi, qui solummodo private rei augendæ, proposito, & neglecto publico emolumento, student, considerarent, & observarent; res Belgii afflictior, quam existimatur, in statu felicitati maneret. Rectè enim à Solone dicitur:

Intrant in thalamos publica damna tuos.

Prudenter sanè Pericles apud Thucydidem de bello Pelopon. lib. 2. Nam, inquit, cum everterit patria, is cui privatim bene est, nihil tamen minus, & ipse everterit: cui autem male, is in illa prosperè agente, multo magis incolumis est.

Quò respectu etiam Cæsar in sua oratione ad Legatos suos, & Centuriones, apud Dion. Rom. hist. lib. 38. Ac privatim, inquit, quidem nemo omnium ita potest latus rebus uti, ut non idem cum Republica corrumpere peccat: ac Republica si prospero successu utatur, etiam privatiorum omnes potest calamitates sublevare.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Idipsum consideravit Antoninus Pius, quando is qui publica salaria habebant, neque patriæ inferrent, ea detraxit. E. dicens. Nihil fordidius esse, immò crudelius, quam si Rempublicam arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent.

Cum res Romana moribus antiquis adhuc staret, et qui in Magistratu, & auctoritate aliqua inter Romanos erant, omnem operam navarunt, ut publicum commodum à privato separarent, & illi quam huic magis studerent. Eo tempore, inquit Valer. Max. l. 4. c. 4. animi virorum, & foeminarum vigeant in civitate, eorumque bonis dignitatis æstimatio cunctis in rebus ponderabatur: hæc imperia conciliabant: hæc jungebant affinitates: hæc in foro: hæc in curia, hæc intra privatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim rem unumquodque, non suam augere propebatur, pauperque in divite, quam dives in paupere imperio versari malebat. Atque huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur, quod nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illustrium virorum succurrebatur.

De qua re cum alia memorabilia exempla in historicis extant, tum ea quæ de Scipione Africano Lælius, Justinus, & alii auctores tradiderunt. Cum enim Scipio Africanus ad Regem Syphacem in Africam fœderis causa trajecisset; forte accidit, ut eodem tempore Adrubal Dux Carthagenensium, jamdudum ab eodem Scipione ex Hispania pulsus adveniret. Cum igitur Regi magnificum videretur, duorum opulentissimi esse tempestate duces populorum, uno die suam pacem, amicitiamque petentes advenisse, & utrumque in hospitium invitasset, contatusque eos esset in colloquio contrahere, dirimendarum simulatum causa, abnuvit Scipio, aut privatum sibi ullum cum Pæno odium esse, quod colloquendo finiret: aut de Republica se quidquam cum hoste agere iniustum Senatui posse.

Huc referri potest aliud exemplum sanè memorabile, de eodem Scipione. Cum enim Legati Antiochi Regis pacem à Consule Pub. Scipione fratre Africano peterent, ad hanc conciliandam peculiare donum Africano ferentes, ipsius filium, quem Rex parvo navigio traiecientem ceperat. Africanus, qui erat nomine Senatus Pop. Romani legatus fratris, privata beneficia à rebus publicis segregata dicit, & aliaque esse patris officia, alia patriæ jura, quæ non liberis tantum, verum etiam vitæ ipsi præponantur. Proinde se gratum munus accipere, privatoque impendio munificentia Regis responsum. Quod ad bellum, pacemque pertineat, nihil neque gratiæ dari, neque de jure patriæ decidi potest respondit. Nam neque de redimendo filio unquam tractavit, nec Senatui de eo agere permisit; sed ut dignum majestate ejus erat, armis se receptorum filium dixit. Is erat Scipio, qui postea Carthageninensium captam diruit, secundus post hanc Africanus cognominatus Pauli filius, ejus qui Periclem Macedonem cepit, Scipionis nepos ex filia, & adoptione filius.

Eandem animam habuit Pub. Popilius. Cum enim Legatus ad Antiochum Regem nomine Senatus, Populique Romani missus esset, cum mandatis, ut abstineret ad Aegyptum, aut si jam incesisset, ut excedere eum juberet; Rexque adveniens osculum obtulisset (nam coluerat inter cæteros Populium Antiochus, cum Romæ obles esset) tunc Populium facessere interim privatam amicitiam jubet, cum mandata patriæ intercedebant, proloquoque Senatus decreto, & tradito, cum cunctari Regem videret, consultationemque ad amicos referre: ibi Populius virga, quam in manu gerebat, amplo circulo inclutam, ut amicos capere, consulere jubet: nec prius inde exire, quam Senatus responsum daret, aut pacem, aut bellum cum Romanis haberetur. Adeoque hæc asperitas Regem fregit, ut paritum se Senatui responderet.

Simile, & non minus memorabile exemplum legitimus apud Valer. Max. de instit. antiq. Cautum erat apud Romanos, neminem equo infidentem ad Consulem venire debere, sed honoris gratia, antequam Consuli appropinquasset, descendendum erat. Cum autem Q. Fab. Maximus ad filium Consulem Suelfam à Senatu legatus missus esset, isque animadvertisset, quod sedens equo ad se veniret, per licetorem ei indicari iussit, ut relicto equo ad se accederet. Cui cum continuo Fabius pater obsecutus esset: Non ego, inquit, fili, summum imperium tuum contempni, sed experiri voluit, an scires Consulem agere.

Libet adiciere ea, quæ de Pharnace Rege Parthorum scribit Justin. hist. l. 41. præcipuum. Is enim præteritis suis filius, quos multos reliquerat, fratri potissimum Mithridati, insignis virtutis



PUDICITIA, CASTITAS, SIVE CONTINENTIA, QUOAD AHPIN.

A FUGERE INDECORE. CONJUGIUM. Demotionis Areopagitæ Filia, de qua scribit adversus Jovianum D. Hieronymus, Leosthene sponso mortuo, negavit se alteri nupturam, quod adulterum acciperet, non maritum. Illum enim vita sanctum, sibi tamen adhuc vivum maritum esse. Mox ne ad secundas compelleretur nuptias, seipsam interfecit. L. Vives de Officio Mariti.

SECUNDAS NUPTIAS.

Carthagine condita à Didone Tyriorum duce, florebat affiduis successibus Tyriz opes, cum Jarbas Maurusorum Rex, Pœ norum principibus ad se accessit, Elisam sub belli denunciatione, nisi nuptiâ impetrarentur, sibi uxorem deposcit. Legati id Regiâ nunciaverunt (sciebant enim eam ab omni connubio abhorreere) punico cum ea ingenio egere, ut dicerent, potere Jarbam, qui se & Aphros manuetores morti perdoceat, sed neminem inveniri, qui ad Barbaros ferarum ritu viventes transmitti velit. Tum ab Regina castigati, qui pro salute patriæ, cui omnia deberentur, asperiores vitæ cultum, Barbarorumque commercium laturos se negarent: Abs te igitur, illi inquit, hoc patriæ præstandum est, constitutaque in parte urbis pyra, velut Sichæi manes in novo connubio exoratura, daturaque ob id illi inferias, eodem loco hostias cedit. Inde gladium dextra tenens, pyram conscendit, populumque intuta, ituram se ad virum, ut fuerat ab initio pollicita, dixit. Hæcque palam locuta, se gladio transfixit: & ne Barbari pateret libidini, suæ se subiecit crudelitati. Hæc certè permutatio tantum est vitii, non evitatio. Quamdiu Carthago incolumis manlit, pro dea culta est. Hæc Trogus, & Sab. lib. 9. Enn. 1. & ut inquit Ausonius.

B Dum fugeret furias, atque arma procais Jarbæ, Servavit dira morte pudicitiam. Eam ne secundas nuptias experiretur, maluisse uti quàm nubere, scribit Tertullianus Monogamia patronus. De ea sic torunt hoc omnes: & tamen elegantia, & majestate Virgilianæ carminis decepti, id quod maxime verum esse sciunt, dissimulatae malunt, & fabulam hanc pictoribus, historibus, & historionibus pro vera celebrandam (tantum fingentis dulcedo potuit) committunt. Macrob. l. 5. Saturn. c. 17. Propert. 2. 9.

C Penelope poterat bis denos salva per annos Vivere, tam multis famina digna prociis. Conjugium falsæ poterat differre Minervæ, Nocturno solvens tæxæ diurna dolo. Visura & quamvis nunquam spectaret Ulysses, Illum expectando factâ remansit anus.

Φ Τ Α Κ Η Ν. Consule Tit. Virginitatis studium. Stuprorum fuga, item, Vidualis castitas. Exempla illic non pauca laudata castitatis reperies, quæ respectu modi, quo conservatur, reprehensione digna est, hujus que ad id loci propria.

SUAM PUDICITIAM CONSERVARE, DEFENDERE, T U B E R I. Morte. Britomartin Cretenses colunt, quæ Carmes filia fuit, & Jovis, quæque cursu delectata fuerit & venatione, Diana grata in primis. Eam cum amaret Minos, insequereturque, illa fugiens in retia capiendis demissa piscibus se precipitem dedit. Sed deam fecit Diana. Eandem colunt Agineta quoque, comparuisset ipsi opinati: sed æquæ cognominant, sicut Cretenses dicitur Cælius lib. 18. c. 26. A. L.

D Captis Athenis à Lyfandro Lacedæmoniorum Rege, impositillo triginta viris, qui civitatem regerent, cum adeo superbè, insolenterque sese gererent, ut etiam Tyranni appellarentur, illudcentque multarum pudicitia: Nicearati uxor, ne & ipsa eorum libidini servire cogeretur, voluntaria morte se subtraxit. Lud. Vives de Christiana Famina, lib. 2.

In Orchoemienis, qui in Arcadia sunt, dominabatur tyrannus Aristomelidas. Is cum Tegeatide Virgine, quam amabat, quoquo modo potius esset, ac eam cum præsidio ad se perducendam Chronio custodiam commensisset, puella antequam ad tyrannum perduceretur, præ metu, & pudore sibi necem

conscivit. Chronium Diana oblati nocturnis visis ad opprimendum Aristomelidam incitavit. Parrato itaque facinore, E cum Tegeam Chronius confugisset, Diana templum dedicavit Chronia. Pausan. in Arcadiciis.

Græca femina nomine Hippo, cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut pudicitiam morte neceretur, abiecit: cujus corpus Erechtæo littori appulsum, proxima undis humus sepultura mandatum ad hoc tempus tumulo contegit: sanctitatis vero gloriam æternam traditam memoria, Græcia laudibus suis celebrando, quotidie florentiorem efficit. Valer. Max. lib. 6. cap. 1.

Nicanor Thebis eversis, unius Virginis captivæ amore superatus est. Cujus conjugium expetens, & voluntarios amplectens, quod scilicet captiva optare debuerat, sensit pudicis mentibus plus virginitatem esse quàm regnum: & interfecta propria manu, flens, & lugens amator tenuit. L. Vives lib. 1. de Christi. fam. & Cæli, lib. 1. c. 1. A. L.

Septem Milesiæ virginis Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus fuissent, turpitudinem morte fugerunt. Hieronymus.

Teutonum, & Cimbrorum conjuges captivæ, Marium victorem orarunt, ut virginibus Vestalibus dono mitterentur: affirmantes æquè se, atque illas virilis concubitus expertes futuras. Qua re non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Valer. Max. l. 6. c. 1. Hieron. in epist. ad Gerontianum.

Imperante Diocletiano Augusto, qui graviter Christianum nomen infestabat, Mater cum duobus puellis comprehensa, & playstro imposita, Diocletianus iusto Antiochiam, & illinc (quia Christiana ferebantur esse) ad profluturam locum deducebantur: ut demum, nisi diis, quibus Imperator volebat, sacra peregrissent, omnes occiderent. Ipse vero cum neque pudicitiam violare, neque Christiano nomini renunciare vellent, ut forte (dum ducuntur) ad annem quandam pervenerunt, perierunt ut playstro descendere liceret, quasi naturæ necessitatis satisfactura. Cum secessissent, in anem se coniecerunt, itaque perierunt. Dua quoque ex eodem loco, in mare ob eandem causam, cum Antiochiam deducerent, è navi sese precipitaverunt. Fulg. lib. 6. c. 1. Pelagiam scribit Ambros. lib. 3. de Virginit. cum matre, & sororibus precipitem se dedidit in flumen, ne à persecuti milite violaretur: eam tamen, ut idem inquit, Martyrum numero Ecclesia adscripsit.

Euphrasia Antiochæa virgo, cum sub Diocletiano propter Christum ad prostibulum ducebatur, & in cubiculo cum luxurioso juvene concluderetur, veneficam se esse profiteretur, mercedemque ingentem conservatæ pudicitia pollicetur pharmacum quoddam, quo illius vulnerari non posset. Accipit ille conditionem, & statim parare jubet. Tum illa ceram oleo liquefactam matibus subigit, & collo suo circumlinuit, atque ut in seipsa periculum faciat, juvenem horat. Ille gladio arripito, primo ictu virginis caput amputavit imprudens. Et sic illa corporis castitatem, & religionis puritatem integram conservavit. Nicephor. l. 7. c. 23. & Cedren. Alii hoc Brasilla Dytrachina virgini tribuunt, quæ succo herbae illius jugulo, militem victorem suæ insidiantem pudicitia ita decerpserit. D. Hier. & Lud. Vives lib. 1. Infit. fam. Christi.

Sophronia Romana matrona, nobilitate insigni, præfecti urbis uxor, cum à Maxentio, sive Maximo Imp. sollicitaretur, ita ut nisi volens Maxentio morem gereret, vim imminere facile appareret, viro omnem rem enarravit. Cum præ formidine virum scelere animadverteret assentiri, auro, gemisque se quàm impense potuit excoluit: & cum eam à Maxentio missi viri expectarent, ipsa unâ tantum comitata ancilla, cubiculum suum ingressa est. Ubi posteaquam longiore oratione se Deo exculavit, si ante statutum diem vitam relinqueret: cultello sibi ipsi mortem conscivit. Lucretia Romana in eo antecensenda, quod ipsa, ne vel corpus, vel animum, quæ duo insigni pudicitia candore fulgebant, labe aliqua inficeret, manum sibi iniecit: illa ut læsum jam pudorem excusaret, sanguinem cum vita effundere voluit. Fulg. lib. 6. c. 3. ex Eusebio lib. 7. c. 17. & L. Vives l. 1. de Infit. fam. Christi.

Anno à nato Christo 830. Vanda filia Craci, unica hæres regni Polonia, pulchritudine sua plurimos principes ad se alliciebat, & veluti hamo pisces capiebat. Unde Vanda, vel Vanda (quæ dictio Sclavis hamû, quo pisces capiuntur, sonat) appellata est. Ritagoras princeps Germanorum illam per le-

appellata est. Ritagoras princeps Germanorum illam per le-

Capta ab Attila Hunnorum Rege Aquileja, cum Digna (sic Eutropius) vel Digna (sic Sigonius, & Olahus) ingenua mulier à Barbaro hoste capta ad stuprum raperetur, in preces versa, tanquam secreta cupida, facile impetravit, ut in superioriorem partem domus abduceretur. Cùmque illa prior locum ascendisset, confestim partem illam cœnaculi occupat, quæ fluvio Natationis immincebat. Inde ad Hunnum conversâ, Sequere me, inquit, si vis me potiri, ac cum his in subiectum fluviem se precipitavit. Bosfin. l. 6. Dec. 1. & Nic. Quibus in vita Attilæ, & Sigon. l. 13. Imp. occid.

Blanca Rubæa Patavina, uxor Baptiste à Porta, cum ejus maritus in expugnatione Bassiani municipii Patavini occubisset, & illa captiva ad Acciolum tyrannum deducta esset: is forma ejus motus primò blanditis, mox etiam vi adortus, eam corrumpere tentavit. Ergo cum alia ratione non posset, per fenestram se dedit precipitem. Semianimus ex casu vix tandem curatur. Curatam denud tyrannus aggressus: & quia consentire nolebat, servorum opera ligatam confustipavit. Illa dolorem dissimulans, impetravit ab amicis, ut ad levandum mœrorem, & desiderium, aperto sepulchro mariti fœdum cadaver semel tantum aspiceret posset. Aperto sepulchro illa magno emisso ejulatu, in sepulchrum sese precipitavit: simulque tanta violentia lapidem impulit, ut unâ rueret, & Blanca cervicem frangeret. Bernard. Scardoneus l. 3. Hist. Patavinae.

Virgo Etrusca à milibus capta, servandi pudoris gratia ex Ancisa ponte in Arnum se dejecit. De ea sic Benedictus Varchius in suis Epigrammatibus. Perdebet incedum ne virgo Etrusca pudorem, In rapidis sese precipitavit aquas: Cùmque foret caelo ter reddita flumine ab imò, Impavidum toties obruit anne caput.

C Quid dicam? Senel amisso Romana pudore, Tibusca ter integra virginitate perit. Cùm Maximilianus Imp. Patavinum agrum vastaret, aggressum turba in urbem confugit. Forè Isabella Ravignana rustica puella in urbe deviarat. A milibus ergo Venetis, qui urbem custodiebant, propter formam ad stuprum rapitur. Cum alia ratione elugere non posset, sese ex ponte Curvo in Medoacum precipitavit. Inde exanguis extracta, in proxima ripa abique ullo funeris honore sepulta fuit. Bern. Scardoneus l. 3. classe 34. hist. Patavinae.

Idololatris. Origenes sub Deciana persecutione ad aram ductus, ut aut diis sacrificaret, aut ab Æthiops turpissimum (qui astabat) stuprum patere: maluit tunc signi inicere, quàm castitatem perdere. Eapropter ab Ecclesia Alexandria excommunicatus in Judæam abiit, & illic obiit in summa miseria, & paupertate, si non etiam desperatione. Suidas, & Nicephorus lib. 5. cap. 32.

D Læsam vindicare. Candaules, unde Herodotus Lydiorum Regum exoritus est historiam, Heraclidarum ultimus Sardibus tyrannus, Marfi filius, habuit uxorem elegantis formæ, unicumque eam dilexit: nec fructum cretæ consuetudinis satis voluptuosum credere, nisi supra quem sanum virum deceret, occultos etiam corporis partes, quæ pudor, & vestes abscondunt, cum Gyge Dasyli filio, suorum satellitum uno, quo omnium familiarissimè utebatur, identidem laudaret. Deum tanquam res ipsa oculorum indigeret testimonio, ut si dem inveniret, eò infamiam procerit, ut inivium Gygem in secretoeum cubilem partem transiret, unde per otium nudatam conjugem contempleretur. Mulier rerum omnium incisa, nihil tale suspicavit, postis vestibus Regium cubile ascensura, Gygem sese occulte foras propitientem, non sine rubore efficit intuta. Turbato igitur animo, pro nimioque pudore confusa, in ultionem præcepississet, nisi Candaules rem in lulum verterens, id sua opera factum affirmasset. Dissimulavit illa ad tempus dolorem suum, ne parum viro morige-

rari videretur; postero die, Gygem perfidum nuncium in secretoeum accessit: tibi turbato vultu hominem affata: E Aut tibi, inquit, moriendum est, Gyges, qui quod nefas fuit spectare es ausus: aut Candaules, quid tibi flagitium persuasit. Vide proinde utrum malis, in te, an illo sceleris ultionem quaeri, sed illum potius plecti velis: quo extendo, ero tibi ego, quod & illi fui, regnumque simul tibi præmio adiciam. Tum Gyges, sive imminenti periculo motus, sive regni cupiditate, sive utroque potius, ferro intructus, eadem cubilem parte, qua nuper in infidus locatus, nocte, quæ proximè secuta est. Regem somno prestum obruncat, simulque ejus thorum, & tyrannidem occupat. Excepit Gygem animorum motus ingens, Lydis Imperium novi hominis detrectantibus. Ceterum Delphicum oraculum Gygi regnum stabilivit. Meminit hujus rei Archilochus Parius, vifabanturque apud posteros Delphis donaria Gygiانا appellata, quæ ille hoc nomine Apollini dedicavit. Herodorus secundum ea, quæ Midas ibidem statuit, omnium hæc verumissimam fuisse ait. Sabell. lib. 3. Enn.

Triginta Atheniensium tyranni, cum Phœdonem in convivio necassent. Filias ejus virgines ad se venire jufferunt, & scortorum more nudari, ac super pavimenta, patris sanguine cruentata, impudicis gestibus ludere. Quæ passim dissimulato doloris habitu, cum temulentos convivas cerneret, quasi ad requisita nature egredientes, invicem se complecti precipitaverunt in pureum, ut virginitatem morte servarent. Lud. Vives de Christiana femina lib. 1.

Virgines duæ Boeotæ, cum absente patre Scædasa, suos juvenes Spartanos pro veteri hospitio domi suæ Leuctris excepissent: ab eis vim passæ, eodem ferro, die postera, ambæ concordes, cum prima eo usa, alteri ejus ulum concessisset, se intemererunt, vel (ut alii) laqueo vitam finirent. Plur.

Pausanias, Philippi Regis, Amyntæ F. factes, ab Attalo per vim constitutus, Philippum Regem interfecto, quod injuriam sibi ab Attalo illatam non vindicasset. Diad. lib. 16. Potuit Lucretia Collatini uxor, satis honestè vivere post pudicitiam à Tarquinii filio violatam (aberat enim inde dedecus, unde abfuerat & peccandi voluntas, absolvebaturque domesticorum judicio interpolatus perpetuæ pudicitia tenor) at odium flagitii fecit, ut suorum desiderio deesse maluerit, quàm ulcioni superesse. Sab. l. 5. c. 6.

Mallonia Romana ad Tiberium Cæsarem producta, nec quidquam amplius pati constantissimè recusans, delatoribus objecta fuit. Cæsar, ne eam quidem interpellare desist, Equid pœniteret. Illa relicto judicio domum se arripuit, ferroque transegit obsecantate oris, hirsuto, atque odio feni clarè exprobrata. Suet.

Conversationis indecora fuga.

Arfenius Abbas, vitorum quoque, nedum seminarum declinare solitus consortia, confabulationesque, ut expeditius divinæ contemplationi vacaret: cum quadam non obscuro generis matrona illum videre cupiens de improvviso ante hospitium suum ipsi occurrisset, repente averit sese, & muliebrem audaciam gestu pariter, ac verbis incusavit. Rogo, inquit illa, ne indignè feras adventum meum, quæ sincera mente, & pio affectu huc veni, aut si eo quidquam offensus es, veniam da, ac pro me Deum (cui soli fervis) deprecare. Precabor Deum, respondit, & quidem multum, ne unquam meminermi tui. Marul. lib. 4. cap. 7. & Sab. l. 5. c. 6.

Pion Abbas, Antonii Abbatis discipulus, cum à sorore vidua, valetudineque affecta accesseretur, dicente, si ipsum vidisset, tam sibi gratum fore, ut inde imitarem se recuperaretur speraret: ire omnino recusavit. Mox tandem Abbate jubente, profectus est, sororis cubiculum oculis clausis alterius ductu ingressus, se quidem illi videndum præbuit: sed illam ipse minime vidit, nec ab ea cognitus abiit. Cùmque rursum ut veniret, invitaretur: Et tui tecum, inquit, & vidisti me. Marul. l. 4. c. 7. & Sab. l. 5. c. 6.

Paulus Abbas, qui solitudinem Panephisio oppido proximam incoluit, ne feminam videret, impense cavet. Et cum aliquando cum Abbate Archebio ad quandam fenestram pergeret, videns à longè obviam venire mulierem, protinus reitit pedem: & comite frustra retinente, ipso relicto, tuguriolum suum cursu concito repetit. Casianus hoc immoedestæ adscribit, Deiq; judicio factum asserit: ut qui tantoperè femineum conspectu excrebatur, paralyti resolorum, ad cœnobium virginum Fff 4 defer-

deserretur, ut languenti mulier affideret. Puritatis ejus etiam apud feminas jacentis testimonium fuit, quod languentes oleo, quo ipse contactus fuit, peruncti sanabantur, & infirmis infirmis remedio erat. Marul. l. 4. c. 7.

ALIENAM PUDICITIAM INHONESTE CONSERVARE. Virginius plebei generis, sed patricii viri spiritus, ne probro contaminaretur domus sua, proprio sanguini non peperit. Nam cum Appius Claudius decemvir, filiaz ejus Virginiaz stuprum, potestatis viribus frictus, pertinacius experet, deducit in forum puellam occidit; pudicique interemptor, quam corrupta pater esse maluit. Val. l. 9. c. 1.

Quidam Zeugmini Pannonia urbis à Manuele Compeno Imperatore expugnata civis, nobilis, & dives, cum uxorem suam, excellenti forma mulierem, ad stuprum à milite rapi videret, nec ejus pudicitiam aliter tueri posset, acinae micram confodit. Nictas lib. 4.

K P H E I N. SIVE RESPECTU SUIPISUS. Huc pertinet.

In conjugio modestas, Virginitatem D. Paulus conjugio non immerito praefert, verumtamen, qui se continere nequit, ne uratur, uxorem ducat: ducam honeste irades: nec illius (modo pia sit, & vera Christiana) consensu disjunctionem aliquam attendet. Venus certe conjugalis, si limitibus necessitatis, & generationis circumscriptatur, ad speciem primam conservationem (qui praecipuus est conjugii finis) deinde etiam individo conducit, ad animi, corporisque pudicitiam retinendum, & morborum, qui eo remoto semine gravissimi oboriuntur, praeservationem: ut Gal. in Arte med. contra Epicureos.

Pythagoras ab inferis reversus, inter alia fabulosa etiam istud narraffe dicitur, puniri graviter illos, qui cum uxori- bus suis rem habere nolint. Suidas.

Vasthi Regina, Artoserxi inobediens, repudiata fuit, superducta Bithrae Hebraea.

Herodes Judaeorum Rex, à Caesare domum reversus, cum meridiano tempore quietis causas in cubiculum se recepisset, Mariam uxorem formosissimam, & dilectissimam conjugali affectu accersivit. Illa introgressa quidem est, sed una cubare noluit, rogantem contemnens, & Alexandri patris, ac fratris Aristobuli necem illi exprobrans. Quod ipsum Rex indignissimè tulit, sic, ut vix ab inferendis mulieris manibus abstineret. Qua occasione usa Salomone foror Herodis, illam falso inhumulavit adulteris. Joseph. lib. 15. cap. 11. Antiq.

RESPECTU ALIORUM.

Zelotypia affectus est, de quo suo loco proprio. Eum si recta ratio moderari nequeat, praesentis erit considerationis, cum in pudore descendendo, vindicandoque, tum in impudicitia aliena praecavenda, cognoscenda, castiganda.

Suspectam Pudicitiam aliorum praeter decorum Explorare.

Cephalus Dejonis F. Procris Erecthei filiam in Thorico Atticae duxit. Eum pulchritudine illesta rapuit Aurora, si- bique maritum adiecit, Cephalus Procrin tentavit, an matris fidem servatura esset. Fida occasione, venatum se ire simulat, ad Procrin autem mittit seruum ignotum: qui multum auri terens, hoc ei à peregrino viro quodam, ipsius amore capto, dati ait, si ei corporis sui velit potestatem facere. Principio Procris recusat: sed cum duplum mitteret, consentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, jamque ad se, quem alium putabat, accumbere, d. facem ardentem infert, facinorae ejus arguit. Procris pro pudore Cephalum deserit, & ad Minoem Cretae Regem confugit. Quem cum offendisset, nullam habere prolem, pollicita est ei fecunditatem. Moriebantur mulieres, quibus cum rem habebat, cum serpentes, & scorpiones & scolopendras parent. Ergo vesicam caprae in membrum mulieris inseruit, & Minoas serpentes prius excernere iussit in vesicam: deinde cum Pasiphae uxore coire. Postquam prolem adepti fuerunt, dat Mino Procridi jaculum & canem, quae nulla fera vitare poterat, sed omnes iis capiebantur. His sumptibus, Procris Thoricum Atticae venit, ubi Cephalus habitabat, & ei in venatione adfuit mutato habitu in virilem, & tonfo capillo, ita ut à nemine agnosceretur. Cephalus animadvertens, se venando nihil consequi, omnia Procrin, jaculum istud accipiendi cupiditate est captus. Procris id ei promissit, conditione concubitus. Cumque Cephalus conditionem accepisset, Procris se prodidit: eique exprobravit, quod multo turpius, atque ipsa peccasset. Antonini.

Liberalis in Metamorphosi. Suspecta maritum Cephalum alterius feminae amore captum, eundem in sylvas secuta est. E delictumque in dumis, ut observaret clanculum, quid maritus faceret. Cum autem vepres (in quibus latebat) aliquantum movisset. Cephalus arbitratus esse feram, eam jaculo confixit. Plut. in Paral. & Ovid. 7. Metam.

In Thesalia Cyanippus, filius Phalaris, in amorem, puella Leucones, vel Leucones venit, quam etiam à parentibus imperatam, uxorem duxit. Erat autem plurimum deditus venationi, ita ut per diem leones, & apros insequeretur: noctu autem fatigatus penitus, accedere puellam, adeo ut aliquando neque sermone cum ea habito in profundum somnum deferretur. Illa ut cognosceret, quid faceret tandem Cyanippus, qui ita perpetua delectaretur circa montes conversatione, clam ministris omnibus sylvam ingreditur. Cyanippi canes forte cervum insequuntur: & quia ob longam venationem ex mansuetis ferociores erant redditi, cum puellam olficerent, eam invaserunt, nemineque prohibente dilaniarunt. Cyanippus superveniens, ubi laniam deprehendit, vocatis ministris, illam in exstructum rogam composuit, & primum quidem canes suos ad rogam mactavit, postea vero seipsum interfecit. Parib. de Amat. & Plut. c. 42. Paral.

Amilius apud Sibarim Italiae oppidum spectata venustatis adolescens, venandi studiosus, cum Uxorem haberet novellam, quae in alterius pudice complexum vix ire opinaretur, in saltus egressa deliravit. Moris autem arbutus, canes acurrant, & feram abierunt, puellam discerpunt. Clitonimus l. 2. rerum Sibariticarum, & Plut. c. 42. Paral.

Accusare.

Carolus Crassus Imperator habuit uxorem Richardem, Regis Scotiae filiam, feminam sanctissima reverentia insignem, cui cum adulterii crimen obiceret, quod familiaris ageret cum Luitualdo Vercellensi Episcopo, unico suo consiliario, cui rerum suarum administrationem omnem concesserat: factus zelotypus, ac delirus, uxorem in concionem vocat, jurat à se integrum haecenus relictam, nec ullo concubitu cum ea se commisisse. Casta femina, quae potentiam viri totis annis celarat: Bene (inquit) res se habet, mariti iurjurando virgo: afferre obtesteris, & mulieres honestas, quae meam integritatem attestent: nec amplius tali marito cohabitabo. Si vulvis insuper, ignis vomeribus castitatem meam palam cunctis faciam. Facto itaque dissidio, acceptis bonis suis, in Alfatia monasterium construxit sacrum virginum, quod hodie Andlau appellatur, ac se Deo dicavit, ubi sepulta aet. Quae res ut multis commiserationem, ita Augusto peperit extremam calamitatem.

Henricus II. Imperator, licet cum sanctissima conjugis sua Conegunda, quam unce dilexit, conjunctissimè vixerit, demum tamen Sathan iniecit illi zelotypie serpulum. Conegunda, ut maritum à falsa suspitione liberaret, pudicitiam conjugalem ferro ignito comprobavit. Crantz. lib. 4. cap. 5. Metrop.

Custodire.

Perse, & Parthi uxores, & concubinas in secretiores domus partem viris femotas habitare voluit, neque in publicum prodire sinuit: initinere autem faciendo curibus velatis utuntur. Eo commento Themistocles ad Regem Persarum tuto profugit, cum comites Graecam mulierculam ex Jonia se Regis cuidam cubiculario adducere afferrent. Plut. in Themistocle.

Thraex uxores asserant vehementer, easque magno æte H à parentibus coeunt. Herod. l. 5.

Phanus cum uxorem haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, ut nō nisi cum stridor, sonituque possent aperiri. Verum cum illa per regulas adulterum intromitteret, vicini per jocum dicebant, Phani ostium. Quo proverbio in- nuebant aliquod servatum frustra.

Tuere.

Exempla pete ex Tit. Orationis zelotypia nimia, Illi Ire, hic immo die Studii pudoris habetur ratio. Pudor sane custodiendus est honestus, sed honestus.

Cotys Thracum Rex, zelotypus uxorem suam ab imo ventre ad summum medium dissecuit. Athen. l. 12. c. 14.

C. Sulpitius Gallus uxorem suam repudiavit, quod aperto capite ades egressa esset: Lex, inquit, meos unius oculos praefinit, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his esto speciosa, non aliorum oculis placens. Erasim. l. 6. Apopht.

Hercules

Hercules Strozza & Hippolyte, & Callimachi amantium mortem eleganter his verbis explicat. Ruperat Hippolyte data federa, patre coactus Amiliam uxorem ducere Callimachus. Illa fuit, sed distulit, nollemque cupitiam Pollicea, incautum tranfadigis gladio. Et spectante illo (quid non muliebria cogit Corda amor?) iusa sua deserta, & ense perit. Non grave obire proco, sed non obisse venent: Non doluit proprio vulnere, sed domina.

LESAM ALIORUM PUDICITIAM ULTICATUR INHONESTE. Consule Tit. Crudelitatis erga Suptatores, Adulteros 68. Rodericus Gothorum Rex, Juliani legati sui filiam stupra- vit. Quod Julianus adeo immoderate tulit, ut Mauros contra eum concitaret: cum quibus ille congressus, in acie cecidit. Ritus l. 2. de Regib. Hisp. Jo. Magnes Gothicæ bill. l. 16. c. 27. Petuntur ex loco de Castitate nonnulla.

Pudor.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pudor ab Arist. sic definitur, αἰσχυρὸν ἢ φόβος ἢ δόξα. hoc est, pudor est timor iusta vituperationis, qui alicuius est honestissimus. Pudor, ut Stoici definiunt, est metus infamiae, qui animi non reprimat, nec prociacit, aut inordinatè, vel turpius quid agat. Dissert autem pudor à verecundia sic, ut aliquibus placet, quod pudor est tibi turpius actus, verecundia vero etiam rectè facti, ac honesti.

Bene Propertius. 6. 2.

Nam nihil invidis tristis custodia predest: Quem peccare pudet Cynthia, tata satis. Eamque ob causam Plautus inquit:

Nomego illum perisse duco, cuijam pridem perit pudor.

\* PUDORIS IMAGO.

Penelope desponsa sequi cupiebat Ulysssem, Ni secus Icarium vellet habere patrem. Ille libeam, hic offert Spartam, nanciet anxia virgo, Hinc parte, inde viri maritus urget amor. Ergo sedens velat vultus, obtusos oculos Ista verecundi signa pudoris erant. Quies sibi prelatum Icarium cognovit Ulysssem, Hocque pudori aram schemate constituit. C. Emblem. Alciati.

\* DIVISIO.

Duplicem constituunt Pudorem, honestum, & licitum moxium, atque illicitum. Haec quidem asfert secum peccatum, ille gratiam, & gloriam apud Deum, & homines conciliat. Consentit Salomon: est, inquit, confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam, & gloriam. Eccl. 4. v. 26. De pudore noxio & Scriptura divina, & illius interpres Sancti Patres multa scriperunt, ut illum fideliū mentibus eliminent, variaque illius exempla in medium adducunt; nos paucas adiecerimus.

\* PUDORIS NOXII.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Scriptura, loco Ecclesiasti allegato, quatuor exempla subiecit. v. 8. Si quis reveritus potentiam alicujus, mentiat. 2. Si pretermittat corrigere, qui suae curae committuntur. 3. Si negligit ignorantem, cum possit, in negotio salutis instituerit. 4. Si erubescit propria confiteri delicta. Non confundaris, inquit, confiteri peccata tua, & cap. 42. multis hortatur, ne D quod pudore sinat se vocari ab observantia preceptorum divinatorum, aut à iusta tentanda ferenda, aut ab hereditate secundum iustitiam distribuenda, vel denique à iusta emptione, venditione.

Christus quoque in nova lege comminatur non levem peccatum illis, qui cum erubescerent, id est, fidem illius coram proximo profiteri detrectarent, cum honoris ipsius ignominia, & detrimento. Marc. c. 8. Luc. 9. Qui me erubescit, inquit, & meos sermones, homine filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate, sua, &c.

Hortatur quoque per os Pauli Timotheum, ut pudorem hunc excutiat, dicens: 1. Tim. 1. Noli erubescere testimonium Domini nostri, & Idem Paul. Non enim, inquit, erubescio Evangelium.

De familia Onesiphori scribit ibidem, quod catenam suam non erubuerit, hoc est in vinculis constitutum, & peregrinum per medios satellites penetravit, eumque quae fuerit. vers. 16.

\* EX SS. PATRIBUS.

S. Cyr. ferm. de laps. definit Christianum non esse, qui talis esse confunditur, aut veretur. Quomodo, inquit, esse potest cum Christo, qui ad Christum pertinet, aut erubescit, aut metuit? Ambr. ad hunc pudorem referri illum, quo quis verecundatur instrui, cum nulla sit ardas ad descendendum fera. Erubescat ait Seneca, qui se emendare non potest. Nullus pudor est ad meliora transire. l. 4. Epist. 31. ad Valentin. Imp.

D. Hieronym. perfringens illos, qui erubescunt delicta sua confiteri, & grotus, inquit, erubescat vulnus Medici confite- ri, quod ignorat, medicina non curat. c. 10. in Eccl.

Pudebat tempore B. Augustini Vincentium quemdam corrigere errore, quem commiserat. Quid dubitas, scribit ad cum Aug. ep. 48. tenere, quod senescimus quia id, quod non sentis, vel aliquando sensit, vel aliud defendisse confundis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod utique potius fuit erubescendum, &c.

EXEMPLA ILLORUM, QUI NOXIIUM PUDOREM EXCUSSEBUNT.

Primus in arenam prodeat Moyses, qui fide, ut Apostolus scribit, grandis factus, negavit se filium filiae Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem: majores divitias existimans thesauris Aegyptiorum improprium Christi. Vide de illo Ambr. in Psal. 118. ferm. 8.

David omni pudore eliminato, non dubitavit ante arcam F lineo Ephod accinctus saltare totis viribus, quamvis id Michol ei tanquam scurrilem rem egisset, exprobraret. 2. Reg. 6.

Etiam Propheta cum summa confusione Deo obedire non erubuerunt. Sic Ilias iustus incedere nudus, paruit. c. 20.

Jeremias iustus se lineo lumbi praecingere, illudque abscondere in foramine petrae, donec pureticeret, & putrefactum resumere, populoque ostendere, promptissimum se exhibuit. c. 19. & 27.

Ezechiel iustus dormire in latere sinistro 390. dies, in dextro 40. comedere panem opertum stercore bovino, radere capillos capitis, & barbam, multaque facere, quae ridicula videbantur, viroque gravi indigna; tamen omnibus praesto est, omnibus se obedientem exhibet.

Huc referri possunt exempla innumera Sanctorum, qui ludibria, verbera, & mille angustias, & infamiae poenas experti, non erubuerunt, sed quod de Apostolis testatur Lucas; gaudebant quod digni essent pro nomine Jesu contumeliam pati, adspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contem- G pta. Ad Heb. c. 12.

ALIA PUDORIS HONESTI PARTITIO, ET ILLIUS CAUSAE VARIAE.

Comes hic perperus est virtutis, nunc solida, nunc adumbrata. Et quidem alia virtutis est an teambulo, vitium amolens, & veluti radagadis quidam: alia vero pedissequus vitiorum censor, atque carnifex, tacito mosu conscientiam flagellans. Illius exempla sub Tit. Occasiones libidinis fuge- re, huius sub Tit. Penitentiae tam ethicae quam religiosae. & Pudicitiae violatae dolor, referuntur plurima. Ad Aristot. in 2. Rhetoricorum definitur esse, idem est velut perperus, nisi ad deum quatuor virtutes, & rationem, & sapientiam, & iustitiam. Consistit ergo, quod Turpitudinis vel vere, vel imaginariae causa oritur. Et quidem is, qui ob veram turpitudinem oritur, in bonum virum non cadit, quandoquidem nihil ille pudore dignum designaturus sit unquam: cadit autem in improbos potius secundum deum quam secundum se, aliqui consi- H mato habitu non esse pudori locus. Qui vero ob imaginariam oritur turpitudinem, in pueris quidem laudari solet, qui propter rationis imbecillitatem nequeunt videre quid decorum sit: in adultis non item, cum rationis defectum indicet: eaque propter hunc rusticum, illum vocat Ingenuum pudorem. Respon- dit Subiecti exempla dividi possent, quod quadam Turpia esse videantur in veritate, quae in honeste patrantur, Alio- nes turpes, vel vere, vel opinione, quaedam admodum, quorum perperio est inhonesta, sive natura sua, sive insi- tuto. Pudor, propter quae oportet susceptus, si moderatus sit, alicui, si immoderatus alicuius à Stoicis dici videtur. At propter quae non oportet, ἀσυντία appellatur Plutarcho, in eo quem scripsi de nimia verecundia commentario. Pa- ri ratione vocet, αἰσχυρῶν, ἀδύνα, & δυνάμει διαφε- runt, Erubescere, Verecundari, Pudore. Est accurata dis- tinctio raro observatur.

RESPECTU